Viscovich.

Ad pacem ode...

AD PACEM
ODE
DICATA

CELSISSIMO PRINCIPI

MICHAELI

PONIATOVIO

ARCHI - EPISCOPO GNESNENSI, REGNI PO-
LONIÆ, & MAGNI DUCATUS LITHUANIÆ

PRIMATI.

&c. &c.

O D E

O! quæ dierum candida ſerico
Nes fila, veri mater, & arduæ,
Pax chara virtutis, tuosque
Imperio regis æqua certo,

Nunc ara ubi, & thus? Gallia viribus,
Suoque ſeſe milite conficit;
Temone ceu navis revulſo
Præcipiti peritura curſu.

Proh quanta vanas funera adoreas,
Luctusque ſtipant! oppida ſanguine
Campique tinguntur; ſtupetque
Mors rabidi monumenta belli.

Fortuna vivis ſæva tragædiis
Gaudet profanum claudere ſæculum,

Ut grande venturo theatrum
Sit ſcelerum, mutuæque cladis.

Damnoſa quid non seditionibus,
Dirisque volvunt tempora præliis?
Cum ſcena mutatur per orbem,
Sceptra vorant, proceresque & imos.

In rebus, eheu! quid trepidis agam?
Quocunque duces, te ſequar, & meo,
Parvoque contentus ſub alma
Vivere, amem, moriarque Lege.

Franciſcus Dolci de Viſcovich.